

Alte Drucke

**EPITHALAMIA || IN HONOREM || NVPTIARVM
ERV=||DITIONE ATQVE VIRTUTE || præstantiss. Domini
STEPHANI viri Pru-||dentiss. MAVRITII HAIERI || Reipub. ...**

Haiier, Stephan

Helmstadii, 1589

VD16 ZV 30743

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149622


14 B

EPITHALAMIA
IN HONOREM
NUPTIARVM ERV
DITONE ATQVE VIRTUTE
præstantis. Domini STEPHANI viri Pru-
dentis. MAVRITII HAIERI
Reipub. Halensis Prætoris con-
sultis. filij,

cum
VIRGINE SINGVLARI CA-
STITATE ET PVDICITIA ORNATISS.
ELISABETHA, Reuerendis. atq; Clariss. viri
TILEMANI HESHVSII felicis memo. S. S.
Theologiae Doctoris celeberrimi, & Academiae Iulie
Professoris primarij filia, celebratarum Helm-
stadij 2 Feb. Anni MDLXXXIX.
conscripta ab amicis.



HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius Anno 1589.



ELEGIA, EXPRIMENS SYMBO-
LVM ILLVD:

Gottes Versehen muß geschehen.



Væ mens prouidit diuina & summa potestas,
Hæc fiunt freno non remorante Deum.
Mille dolos nouit Satanas, & retia ponit
Mille pijs, technas quis numerare potest?
Ceu Leo rugitum eructans, qui verberat astra,
Sic ruit & Satanas, quem voret atq; videt.
Vndiq; plena dolis molitur, fraudeq; abundat
Omne quod inceprat, quod quoq; finit opus.
Odit coniugium diro cane peius & angue,
In dõmibus plantas odit & ipse pijs.
His scit plantari terras coelumq; profundum,
Nititur has ergo tollere fraude sua.
Incitat ille homines furiata mente docentes,
Concedi posse haud foedera sancta tori.
Interea at laqueo hos inuoluit, ducit & illos
Captiuos, donec millia multa necet.
Coniugium hi reprobant castum, sed corporis illi
Non sanctum seruant vas, neq; membra pia.
Furantur Christo hi sua membra & flaminis almi
Destruxisse solent templa beata Dei.
Horrendum dictu est, dictu execrabile monstrum,
Quod tales voces promere sæpè solet.
Esse torum illicitum, & cum scortis, viuere multis
Iustius atq; vnâ coniuge ritè frui.
O mens cæca hominum, ô ploranda proteruia summi
Incaustum tentans scindere iussa Dei.
Omnibus hisq; dolis vult impedisse tonantis
Dæmon consilium pactaq; iusta Dei.

Secu iauat nic laterem, nanq; hoc est fortior Heros
Immanuel noster Filius ipse Dei.

Hic cum discipulis dignatus adire hymenæos
Donauit sponſis ſuauiſſima uina nouis.

Sancta Trias primo conſultat tempore quondam,
Vxorem ut poſſet conſociare viro.

Coniugio in ſancto myſterion eſtq; re-poſtum,
Iunguntur nexu foemina maſq; pio.

Sic inter Chriſtum Sponſum atq; fidelia membra
Ipfius, eſt ingens copula & arctus amor.

Chriſticolum veneranda cohors deſponſa manebit
Chriſto, conſpicuus dum vehet aſtra polus.

Diuinis ergo decretis dicere contra
Vanum eſt, nil contra hæc pallidus orcus habet.

Organa nil poſſunt, licet infrendentia valde
Dentibus & Satanæ ducta furore truciſ.

Præualet his longè ſuperi regnator Olympi,
Ipſe patris Natus Spiritus atq; Dei.

Præſentem Sponſum Sponſamq; hic iungit amatam,
Efficat hoc ſummo conſilioq; ſuo.

Eſt Stephanus diadema gerens, miraq; corollas
Virtutum, juris noticiãq; potens.

Ducitur huic omnis curæ caſusq; leuamen
Vxor, quæ templum dicitur atq; Dei.

Elifabeth illi eſt nomen domus inclyta, claro
Doctore Heſhuſio quægenitore ſata eſt.

His ſanctum faueat dextro ſpiramine Numen,
Hos beet, hos feruet gratia ſola Dei.

M. Paulus Ieringius.

AEnigma

AENIGMA VENERIS:
ROMA POTENS DEVS EST.



Vm Mars Romanas Aquilas iactabat, & arma,
Concelebrans regni tela cruenta sui;
Cypria subridens ait, haud tua praelia curat
Roma, aut multorum pernities hominum,
Quamuis fulgerent vt quondam, cuspide mater

Vidit Achillea Memnona quando mori.

ROMA POTENS DEVS EST, victrix erit illa, nec vnquam
Occumbet, semper lauta trophaea geret.

Dixit: & accersit natum, volat ille per auras,

Venturiq; micant nuncia signa DEI,

Nec mora: profiliens normam lunauit, & arcu

Nostro ait extento missa sagitta volet;

Illa volat, fulsere auræ radiante fauilla,

Flamma ferit nympham flamma ferit iuuenem.

Sensebat flammam iuuenis, faculamq; puella,

Clamabant, vno laedimur igne duo.

Ad clamorem Hymeneus adest, iungitq; refertq;

Dic age cum sponso nympha pudica, placet?

Nympha placet: risit Cypris, risitq; Hymeneus,

Et leuis extincta risit amor, facula

Res bona; dilectæ sponfus dabat oscula sponsæ,

Hoc est quod faciem virgo pudica, rubes.

Quale rosæ fulgent inter sua lilia, mista.

Aut vbi cantatis Luna laborat equis,

Sic chari erubuit ad basia prima mariti

Nondum experta viri Laodomia torum.

Cætera nox & amor, lectus, tempusq; docebunt,

Hæc tu iam fidei vincula nympha, cape,

Oscula sic geminæ iungunt sine lite columba,

Dum nectunt grati vincula coniugij.

Oscula sic quondam fixit Tyrinthus heros

Nactus coniugium Deianira tuum.

Sic & Abantiades nympham est solatus amatam,
Mente fouens liciti foedera casta tori.
Hæc ego: & ante pedes Sponsis iufere columbæ,
Miscentes blando suauia blanda sono.
Laudauit Cypris volucres ab amore, fideq̄;
Et magni exemplum, dixit, amoris erunt.
Dixit: & Idalium disprefit ab æthere rorem
Stillabat rutilo suauis ab axe liquor.
Immixtus nymphis amor, alba veste recinctus,
Pulsabat tenero ter pede lætus humum.
Iuppiter æthereâ ter ab axe tonabat olympi,
Et dabat è supero ter bona signa throno.

Tunc Mars arridens Veneri, tanta oscula sumpfit,
Et, quæ iam fandi gratia Cypri? refert.

Sentio iam de qua sis ROMA locuta, retrorsum

Nam cum verba lego ROMA potens fit VMOY.
ROMA POTENS DEVS EST, legitur cum Roma re-

torsum, Tunc fit AMOR verso nomine ROMA potens.

Iam video diuæ sit quanta potentia ROMA E,
Nam trahit infignes in sua iura viros.

Cypria sed, Sponse hæc dum sponsaq̄; pacta probatis
Blanditijs fructum carpite amoris, ait.

Ite pares, paribusq̄; animis, placidaq̄; iuuenta
Et sua iucundo reddite iura toro.

Pallas amat baccas, sua laurea munera Phœbus,
Bachus amat vites, pascua læta Pales,

Diligit æquorei Neptunus murmura ponti,
Blanditias thalamus mollis habere cupit.

Tu Sponse ornatis Sponse requiescito in vlnis
Suauiter, optatas eia ago carpe rofas.

Tu Sponsa albentes sponso suppone lacertos,
Et cupidum teneris excipe brachiolis;

Coniugiumq̄;

Coniugiumq; hilari præsumite corde, receptis,
Suauolis, risu, murmure, blanditijs,
Ducite fœlices multo cum fœnore noctes,
Ut videant natos pignora vestra suos.
Circumdent vestrum pax & concordia lætū,
Sit vobis semper ROMA relictus AMOR.

Henricus Albertus Mynsinger
à Frundeck, LL. S.

CORONA NUPTIALIS.

Ngentes canimus semper florentis honores
(Telluris, cœliq; decus regale) CORONAE.
Non quales Bromio fumantibus addidit aris
Primitias, habitans Pandionis, incola, sedem,
Gens mentita DEO, nugis opulenta difertis.
Verūm signifero qualis micat addita cœlo:
Quæ, quod sede sibi lucratur, id explicat orbi:
Atq; ministerium mortalibus irrogat ægris,
Scorpius ante iubar rapidi dum Cnosia Solis
Sidera producit, comitante Coronide lucem.
Qualis præterea, manibus quam carpsit amicis
Calliope, varijs aforata corona coronat
Floribus, occultans nitido sub cortice nectar.

Grata CORONA dijs, ODOR acceptissime terris,
Iungemus quoq; templa tuo prælustria fano,
Abstrusos rigido dum verlu nectere sensus
Haud tamen ingratos, pro re conamur & arte:
Vicinas paribus plinthis mirabere plinthis,
Quas fert Mæandro Melibœa nouemplice diues,
Dives vrrinq; pares dotes, æqualia castis
Munera, diuino disponens munere, Sponsis.

Ex ortu Heliac.

Stephanus, Eli-
sabeth: paribus
vrrunq; nomen
constat literis.

Flos

Herodot. de lit. Flos prior ille bipes muris, quadrupésue moratur
 antiqua C, siue Terris, siue tripes fuerit: flos vsibus aptus
 Σ, quæ 1. men- Innumeris: epulas habet, & non vescitur illis:
 lam significat. Musarum foetus custodit: nutrit Alumnos
 Circes prænitidos: &, Sardanapale, reponit
 Munera discipulis, hac tempestate professis
 Vita animoq; tuas artes vltroq; citroq;.
 2. Conclauē ro- Idem lunatā flos reddit imagine formæ
 tundum. Celsa voluptatum felicibus atria testis,
 Quæ prohibent pluuias, á frigore membra tuentur,
 Ignis ad focum. Annosam stabili natam si iunxeris illi
 Connubio regi, domuit quem fumida Lemnos:
 Hinc tecum Sponsus consumat vterq; diurnas
 Horas, donec eos labens obliteret æuum.
 Cæl. Rodigin. ex Flos geminis alter primum virtutibus æquat,
 Hieronymo de Aequā commendans hac vtilitate CORONAM:
 lit. T, quæ cru- Dum CRVCIS effigies, & imago domestica vitam
 cem refert. Erudit, & mores ingenti dote figurat,
 Effera luxurient nimio ne pectora luxu:
 E plagulis tacitæ manifestum detegit arcis
 Ingenium fidei, iubet & sperare salutem
 Flos, CRVCIS exemplar, veræq; SALVTIS image
 Comici de lite- Vno prædictos collegeris hosce maniplo
 ris St, quæ nota Si flores, vinclo nec non coniunxeris vno,
 silentij. Non magis eximium tibi Pharmacopola receptum
 Aut dederit, melius Medicus neq; scripserit vllum:
 Indica Santonicis nec habebunt iugura Cauris:
 Scilicet hoc floret virtutum maxima flore,
 Qui cædes nescit, qui nescit iurgia: nouit
 Temporis articulo rectè cuiuslibet vti.
 Ex Sacris ÆE- Tertius hinc generatur opum flos diues: Olympi
 PHANUS, Epha Frumenti cumulos capit: atq; alimenta, reclusis
 mēsurā dicitur.

Cœli, magnanimâ cum maiestate, fenestris
 Reddit: quadrifidum caput inter nubila condit
 Plurima mirifici Superum miracula facti
 Suppeditat: binos Siculo, non amplius, vno
 Expositos venum modios testatur, araret
 Captus luminibus cum talpa Samaridos oræ
 Inuida rura, fames, Erifichthone nata profatio,
 Ac miseros miseris homines agitaret habenis.

Accuses porrò totam si forte CORONAM,
 Mox tenus obliqua senis radice columnis
 Nascitur exscisso laqueatum vertice PHANVM,
 Grata domus Superis, operosa Palæstra piorum:
 Fabrica non plinthis extracta: sed improba plinthis
 Diruit hanc quorundam gens, Martyris obtinet inde
 Nomen, quod ruerit magno pro nomine CHRISTI

Atqui magnificis internitet ornamentis
 Spiritus asperior, qui binis ense relectus
 Cum pedibus, vitam nec non venerabile nomen
 Pythagoræ numero, triadi, largitur & addit.
 Alius aquas, ignem pectus cœleste reponit:
 Dio signatur sapientia dia cerebro:
 Nympharum præses radiatorum Solis ad instar
 Cornua bina gerit, vultus imitata Dianæ.
 Fistula, disparibus septem compacta cicutis,
 Harmonia dulci septem discriminat orbes.
 Gignitur ENS Græco si nomine dixeris: ore
 Ablato, rerum dubitatio summa creatur.

Ulterius seram promittit sine quaternis
 Floribus ætatem sponsæ: iuue nilibus annis
 Florentem compellat anum vis addita fati.
 Tolle caput vetulæ, pulcra ratione notabit
 Mentem, consiliis pulcram, quæ cuncta gubernat.

Ex Grammaticis: STEPHANVM.

Ex Poëticis: STEPHANUS.

Ex Græcis: STEPHANUS.
 Ἅγιος Στέφανος.
 STEPHANUS.

STEPHANUS.
 186.

B Sig-



StephANNVS.

Si geminetur apex, qui finem tertius anteit,
Decrepiti faciles dat Sponso Nestoris annos
Viure, dat famam per secula cana perennem.

Haecenus excultæ nitidas meâ Musa CORONAE
Enumerauit opes: culto prælustria fano
Templa DEI nunc fabitur, atq; fatebitur vltra
Iussus Apollo domum gemmas quæ vincit & aurum,
Cuius coctilibus consistere mœnia saxis
Ignoranti immota nouem tamen illa columnis
Cum requie pacem saturis feliciter alis
Intus & exterius felici abdomine condunt.

Est EL fortis, ELI Deus est tuus, agnus ELISA
Dicitur esse DEI (tria symbola certa Iehouæ)
Aedes significat BETH, ELISABETHA quietem
Iucundam Domini, iucundæ pacis amicam.
Quis non felicem tantis te dotibus auctum,
Sponse, fateretur? placida cum moribus agna
Elisabetha tibi diuinis iungitur orsis.
Non animi tantum dotes, elementa feracis
Nominis, atq; pios si quis consideret ortus,
Hæc quoq; subijciet, quod connubialia vota
Non fiant casu, sed sint fatalia fata,
Quæ voluere duas certis coalescere mentes
Legibus, arcanas quibus insinuaret imago
Viua vias, vita functi monumenta parentis
Testantes, nec non virtutum semina spargi
Vberius magnæ sobolis virtute relicta.

Testor adeste, piis nostri commercia cantus
Auribus, intenti rebus, haurite fauentes
Omina nominibus SPONSOS aientia: doctis
Congrua nominibus Sponsorum symbola, iusto
Articulis censu diuinis spargite salâ
Voce sales, salibus referet res acrior vsum,

Debi-

Debita perpetuis meditatio pignora rebus
Spirabit, nostri causas neq; carminis vnquam,
Bellerophontes indignaturus habenas
Leucadius, votis, reticebit Apollo, rogatus.

Nam vicibus pater ipse senex, **HESHVS IVS, actus.**

Vitæ: promeritus vitæ integritate **CORONAM,**

Eusebius meruit *σεφαιου* (sic fata notarunt

Causas, & primum voluerunt iungere causis,

Et primis primas effectibus addere causas)

Hinc habitat celsi, quæ diximus, atria fani

Atq; domum placidæ requiei dulce sacellum,

Quod simul est actæ scrutatus limine vitæ

Sæpe, quod & docuit pubem affectare ferocem

Sæpius: vnde suæ desumpsit robora vitæ,

Fata sequens, Latij circum munitus habenis

Librorum, pacis nobis quibus arma fuerat

Afferere, ac voluit causas euoluere sortis

Humanæ, rigidum sortis superare tumorem.

Subtraho, præteriens reliquos, **Encomia linguæ,**

Affines, quorum magnos daret ardua falces

Virtus consilij felix: amplissima virtus

Imperio, doctis amplum positura manipulis

Regnum, facundos vincens, sapientia, **Gratos:**

Detegit omnipotens armatos lingua bilingui

Hæreticos lingua: manifestâ luce reponit

Verum, falsa prius certatione refellens.

Sponse **STEPHANE,** labor noster, nosterq; **triumfus.**

Iam tibi gratamur pacatæ foedera mentis,

Vt genus hoc seruare queas, generisq; nepotes

Reddas, qui raris alios virtutibus æquent:

Tota quibus pietas, cœlo contermina totus

Humanis miscens cœlestia mentibus ardor.



Hæc pia nobilium votis communibus addunt
Vota cohors: sese agglomerant solennibus aris
Certatim: saturant animos & pectora: lætos
Testanturq; toros alij: longo ordine tædæ
Flammarum trepidant, multo loca lumine latè
Complent: atq; vago crepitans coma murmure fumat.
Interea læto tantarum in turbine rerum
Optatis potitur votis euentus, & hæret
Elisabetha tuis amplexibus, vna quietam
Quæ rebus spondet fessis: effunditur Echo.
Clarior, & doctum spirat prælagia nomen.

M. Ludolph. Rolovincus

Magdeburg.

A L I V D

Horte virescenti Cypris latitabat in umbrâ,
Solis vt ardenteis radios vitaret & æstium,
Formâ excellebat, resoluti colla capilli.
Candida obumbrabant, roseo volitabat ab ore
Ambrosia, & niueæ ludant sine veste papillæ.
Nunc veteres cari meditatatur Adonidis ignes
Nunc cantat, lassos somnus nunc velat ocellos,
Quem moduli volucrum suadent, viridantia circum
Culmina quas retegunt, leni quem murmure gliscens
Lymfa quiescenti Diuæ largitur, & auræ
Ipse susurranti Zephyrus quas mittit ab ore.
Pennati circum volitant luduntq; puelli,
Floribus hic plumas ornat, sua corpora librant

In

In virideis alij ramos, pars spicula Fœnis
Intendit, pars pungit aures, Nymfasq; ferasq;
Pars dormit, vitans æstum pars flumina tranat,
Ipse Cupido suam sub opacâ delitet umbrâ
Ad matrem, triplexq; Charis seruilia præstat
Ambrosiâq; ungit dominae spargitq; capillos.
At circum cupidi, sylvestria numina, Panes
Mirantur Diuæ formam, simul obsibus imis
Ardenteis capiunt flammâs, modulosq; per auras
Nunc iactant, choreas viridi nunc gramine ducunt
Nec procul arboribus sub densis carmina miscent
Pastores, caræ iactantes Phyllidis ignes.
Quin cantu iungunt Stephanum, mirantur & vsq;
Hûc illum potuisse sine amicâ degere, tutum
Nec seuas vnquam Veneris sensisse sagittas.
Ille quiescentis cantus dum fluxit ad aures,
Irata est, toto diffundens fronte ruborem,
Aduocat aligerum: quod dedecus, inquit, ab illo
Pendeat ipse vides, nos dum patiamur abire
Quenquam qui nostri vireis non sentiat arcus:
An se dijs melior putat hic? qui seua pharethra
Effugere haud possunt violentæ viscera? nunquam
Hoc erit, haud cælebs posthâc nec tutus abibit.
Vade igitur mi nate, tuis nunc vtere in illo
Viribus, vt spretas capiant præcordia flammâs.
Insequitur iussum matris puer, aurea captans
Spicula flammiumq; parans arcum, inde per auras

Tranans, aggreditur Stephanum, atq; illa per innum
Ibit, ait, pectus tibi, dure, sagitta: quid audes
Anne putas tutum te semper abire meoq;
Posse carere iugo? non est mortalis, ut arcus
Effugiat nostri penetrantia tela facesq;
Dixit & in pectus resoluta sagitta volauit.

Stephanus interea sua saucia pectora sentit
Aligeri faculis Diui, nec saucia solum,
Imas sed mirè sibi tela vorare medullas
O, clamans, quis portat aquas, quibus intima cordis
Extingui mihi flamma queat? cremor ignibus Æthnae.
Nunc scio quid sit amor, Veneris quid spicula possint,
Nunc querenda mihi socia est, quæ talia demat.

Haud secus ut ceruus, canibus comitatus acerbis
Quem venator agit, socijs vel Diua puellis
Cynthia, querit aquas fluitantes pectore anhelò,
Sic sibi, punctus acu Cyprie, sociam querendo
Sudat, acri meditans quæ sit medicina caloris.
Sudantem ridens puer, heus, ait haud tibi desunt
Vires, si vulnus fixi, medicamen habebis.
Ille, tuâ ô dixit, medicamina, rector amantum
Des alate mihi, seui miserere caloris.
Tum puer hæc: est nota tibi, scio, satq; superq;
Hesbustiana domus, medicam, tibi dico, puellam
Illic accipies, te non minus illa sagittis
Tacta calet nostris, pariliq; crematur amore,
Extinguet flammæ, flammæ extinguentur ab illa.

Hæc

Hæc referens, pectus tranat summum æra pennis,
Tranantem accipiunt gemini & comitantur olores.
Aggreditur matrem rursus, quæ pectore natum
Accipiens hilari, puerilibus oscula labris
Iunxit, & ó dixit quanta est tibi, nate, Delum vis.
Stephanus ardenti secum sub corde volutans
Verba Dei, dubitat num vana, at pectore tandem
Aggreditur constante senem, medicamq; requirit
Natam, quam donauit Amor, sententia firma
Stat subito, amborum nec non est vna voluntas.
Nec mora: postquam fata sinunt, sponsalia more
Concelebrantur amicorum præsentè cateruâ.
Tum sponsi complexa manum, hoc tibi pignus amoris,
Sponsa refert, firmum capias, par ille rependit.
Haud secus immenso ceu flos defessus ab æstu
Nocturno sitiens refici cupit hymbre, fauoni
Non illum gelidiq; valent, auræq; recentes
Sanare, innumeris aut nexilis vmbra capillis
Sed tantum in pluuijs sperat vel rore salutem.
Sic ardente gerens tacitas sub pectore flammâ
Sanari cupit ore noui noua nupta mariti.
Non illam matrisq; valent dulcesq; parentis
Amplexus sanare, sita est spes omnis in vno.
Iamq; Hymeneus adest, sponso sponsaq; cubile
Sponte paraturus: Verum, (eheu) fata resistunt,
Grandæui hoc prohibent crudelia fata parentis,
Quem, (licet, ab, caræ thalami. noua gaudia nata

Cerne

Cernere concupiat flagranti pectore.) Clotho
Seua rapit, iamq; inuitus, valeatis amici
Et natae natæq; refert, tuq; optima coniunx,
Iam licet abrumpens filium mihi Parca resistat,
Optatæq; vetet me ceruere gaudia tædæ,
Non tamen omittam quin æthere gratuler alto.

O vanum desiderium, o spes vana parentis,
O iam sancte senex, lacrymas quot fundere turbam
Cogis amicorum, dum tristia lumina condis.
Serta nouæ nuptiæ dum te donare parentem,
Excipere amplexu natam, & patria oscula centum
Iungere, dum lusus, thalamosq; parare decebat,
Et cantus dignos hymenæo, & coniuge vestes,
Prosertis, cantuq; lyrisq; sonantibus (eheu).
Iam linqvis planctum, lacrymas atq; aëra nigrum.
Pro donis, pictis thalami pro vestibus, atrum
Funus, tristitiam pullosq; relinqvis amictus.
Mira arcana Deum: nam sic differre coacti
Gaudia, vterq; sequi funus lacrymabile patris
Cogitur abrepti & tot sustinuisse dolores.
Fleuit hymen, flerunt Charites, lacrymosa per ora
Flumina manarunt Cypria, Cypriæq; puello,
Lunatum abijciens arcum qui pectora palmis
Pulsauit clamans: Parca o quid gaudia turbas.
Non tamen intereâ mutantur fata: sororum
Inuidiam superauit Amor, noua gaudia sponsis
Iam parat, accenditq; faces, acuitq; pharetram.

Nunc

Nunc hymenæus adest iterum, nunc pronuba Iuno
Aduenit ambobus cælo latura salutem.
Iam domus hoc festo dignis ornatibus altè
Instruitur, nexis paries fulgetq; tapetis
Omnis, & insolitus densat summum aëra fumus.
Nec mora: per concreta ruit iam prata citatus
Nymfarum stipante choro Satyrumq; canentium
Cætus amicorum, curru iam plurimus hospes
Contendit celeri fumantia limina cursu
Et petere, & festos præsens ornare hymenæos.
Sponsus adest, gratesq; refert venientibus aptâ
Quemlibet accipiens dextrâ, tunc protinus intus
Et cytharæ lituiq; sonant, tum celsa tubarum
Clangor ad astra volat, ter ad altas buccina portas
Inflatur, cytharæ ter fila sonora mouentur,
Deinde puellaris celebri vestita colore
Turba faces pictas radiante cacumine præfert.
Hinc sponsa & sponsus conuiuiarum ordine longo
Ad sacram tendunt ædem, mirata caterua
Vndiq; spectandi studio, pompamq; videndi
Circunfusa ruit, vitris & prospicit altis.
Post ubi iam summi tenuerunt tecta parentis,
Cuiq; datur teneram dextræ coniungere dextram,
Testariq; animos gemmâ fulgente fideles,
Et pius, ipsa pedes vestis cui fluxit ad imos,
Quiq; valet Phlegetontis aquas remeare, sacerdos
Fœdere connectit sponsum sponsamq; perenni

C

Æters

*Æternūq; vocat supplex in vincula numen.
Quò factò, linquunt superis sacra templa, subire
Tecta etenim tempus, dapibusq; calentibus vti.
Tecta intrant: tum tota cohors, petit ordine mensas
Nudus & ipse caput sponsus discumbere mensis
Quemq; iubet, quò se dapibus recreare paratis
Sponte velint, orans, & corda leuare bibendo.
Tunc epule dantur lautæ, tum Bacchus in auro
Ponitur, hinc conuiuiarum præcordia carpunt
Lætitiâ, calices vitriq; & pocula ab imò
Siccantur fundo, resonant quoq; iubila pugno
Lætâ triumphanti: post mensâ epulisq; remotis
Prima choræa datur sponso, qui pectore sponsam
Accipiens ardente, sequi sese ordine festo
Postulat, assurgunt iuuenes, sibi quisq; puellam
Quæ placet inde capit, parte hac saltante, natando
Se pelago exercet Bacchi pars altera, voce
Hic titubante canit, cupidus dormire cubile
Flagitat hic, gressu duplici ruit alter ad ædes.
Sceptra habet ebrietas, per dura sedilia passim
Corpora strata iacent, Bacchiq; sepulta liquore.
Iam sed in intonsos montes vmbrosa ruit nox.
Tum Cytheræa putat vinclo connectere amanteis
Tempus adesse, lauatq; argentea membra liquore
Idalio, auratis legem redditq; capillis,
Ora linit noua festa parans intrare, decoro
Torquet euincta micat, rutiloq; induta pyropo*

Intrat adoratos currus, quos floribus inde
Hinc charites ornant famulae, nectuntque superba
Frena auiibus, quin flore ornat sua tela Cupido.
Sic noua festa petit Dea: quò vehit, vndique flores
Surgunt, aspirantque Deam Zephyritides aure.
Vectantem centum aligeri comitantur amores,
Læta canunt, pictos flectuntque per aëra gyros,
Ostentat se quisque Deæ, cupidusque nocendi
Cuilibet ornatas extendit flore sagittas.
Vt thalami tangunt portas, calathis inuersis
Mille genus spargunt florum, nimbosque rosarum
Largos et plenis fundunt spirantque pharetris
Idalijs lectos campos, quos ore nociuo
Syrius haud potuit violare, nec inuida cano
Bruma gelu, auratos alij beneolente liquore
Inuersere cados turgenteis, vndique florum
Sparsus odor volitat, spirant quoque balsama testis.

Tunc amor aggreditur nuptam, Cytheræa maritum,
Adducensque toro dexteras coniungit amantum,
Iungit, et his vltro sancit connubia dictis:

Viuite, felici consumite sidere noctes
Blandaque sub vestris regnet concordia testis,
Lis absit thalamo, mea discite munera: sponse
Oscula mille feret, sic oscula mille rependet,
Durum erit haud vobis mea castra sequentibus, ite,
Non contra clypeis tectos, galeisque micanteis
Ibitis, arma procul nostro sint horrida bello.

Tu sed Achates eris sponsæ, sis nupta marito
Laodomia tuo, vario vos prole beabit
Iuppiter, & vobis quod erat prius ignis, erit mel.
Dixit: at alatus Veneris puer illicet arcum
Lunatum extendens imbutam melle sagittam
Mittit in amborum flammantia pectora, mella
Sentit vterq; statim, solatia sentit vterq;
Claudit hymen thalamos, suadetq; silentia somnus.

Gemmato Charitum tum candida turba vehiclo
Imponit dominam, vehiturq; per aëra cætu
Aligerum stipata, puer matriq; Cupido
It comes, & pictas iactantior explicat alas.

Sigmundt Julius Mynsinger
von Frundeck F.

A L I V D.



Rescit hyems acris canos hirsuta capillos,
Astrictoq; lætet terra perusta gelu.
Obregit excelsos altè nix inuia montes
Quam Boreas duram perpetuamq; facit.
Omne genus volucrum moeret, genus omne fe-
Triste errat, syluis est quoq; nullus honor. (rarum
Iam structi medijs ardent fornacibus ignes
Et grata ante focos ocia quisq; capit.
Quod caros inter carissime Sponse sagaci
Perpendens animo, frigora tanta times.
Corpus lædatur tenues ne propter amictus,
Deperiant nimio nec tua membra gelu.
Continuò vestes aduersus frigora quæris,
Ligna q; feruenti conficienda foco.
Risit, vt hoc vidit tenerorum mater amorum,
Callidior qua non est magis vlla Dea. Et

Et sic ore refert roseo, quid inane laboras,
Velleribus frustra membra tegenda studes.
En erit Elisabetha noui tibi causa caloris,
Huic igni accedas, inde calere potes.
Sic Venus: ast ardes vehementer Sponse, sodalis
Fratris amate loco, Fratris amande loco.
Et iam non vestes quæris, caussamq; caloris
Verum quæ flammæ fortè leuare queat.
I nunc atq; niue vrentis fuge frigora cœli,
Igne omni grauius torridus vrit amor.
Ergò tibi ex animo fidi gratantur amici,
Et longos optant hoc in amore dies.
His quid ego votis addam? fortuna Metelli
Aufonij vestrum certa cubile beet.
Vincula coniungant vestras Adamantina mentes,
Vincula quæ possit soluere nulla dies.
Prospera successu seu vos fortuna fouebit
Seu rigido fato vos. Dea cæca premet.
Qualis in historijs Agathoclis regia coniux
Narratur socio fida reperta viro.
Quæ se nubendo consortia inire ferebat
Fortunæ, fuerit seu bona, siue mala.
Vester amor careat vanis, tristi, graui, & atris
Litibus, inuidia, suscipione, minis:
Vester amor duret, surgat, vigeat, stet, abundet,
Longum, diuitijs, prole, timore, fide.
Pro sponsis si vota vnquam valuere pudicis,
Ex animo, valeant hæc mea vota, precor.

Daniel Oekelius Hallensis.



Randia facta senex: iuuenis bene cantat amores:

Nunc Veneris canto: grandia facta senex.

Est aliquid dandum: iuuenis iuuenilia tractas:

Oscula fert iuuenis: verbera fert iuuenis?

Verbera verberibus iunguntur, & oscula labri:

Oscula dat Sponso sponsa pudica suo.

O quoties opto Venerem, Venerisq; favorem:

Dura Venus nobis, est Venerisq; puer.

O quoties opto tendat mihi retia vierg,

Est tamen ad nostras surdus vierg, preces.

Insidiosa Venus nobis, & filius asper.

Durior est Genetrix, virricus estq; puer.

Inuida diuitias nobis fortuna negauit,

Sum foris in studijs, sum foris in Venere.

Sunt HOIERE tibi sat fausta Cupidinis arma,

Est facilis votis & Cytherca tuis.

Tenderet optabas vi retia casta Dione,

Incidit in casses prada perita tuos:

Incidit heroina, pater quam protulit heros.

HESHVSIVS, nostrae lausq; decusq; SCHOLAE.

Qui Christum profitebatur, dum vita manebat:

Gaudebatq; rudes erudisse viros.

Hinc nunc in caelo, caelo gratissimus hospes,

Qualiter Eoae stella micat Veneris?

Hic satis instituit casta cum coniuge sponsam,

Qua regat arte domos, & colat ipsa virum.

Et quaecumq; decent matronam nosse futuram,

Erudite genetrix, erudijq; pater.

Quid moror? electam complectere sponse puellam,

Votaq; des Veneri, votaq; missa feras?

*Adueniant Charites: crescat numerosa propago,
Ardeat & licet is flammula casta modis.*

M. HERMANNVS PLASSIYS.

A L I V D.



Ularum cœtu comitatus Apollo sedebat
Nuper ad Aonij loca iucundissima montis
Edidit argutâ carmen sic voce sonorum,
Cum Musis celebret lectos ut sponte iugales
Quos cum dilectâ modo sponse subibis eosdem.

C A L L I O P E.

Aureus incedens sicut sol nocte fugata
Fulgenti superat stellas splendore micantes:
Ut cum cedit hyems glacialibus aspera ventis.
De pulcro nequit latam ver flore coronas:
Sic tua non parua, iuuenis, sibi conscia laudis
Deuincit nomen multorum fama per urbem.
Ergo tibi canimus merita præconia laudis,
Es siquidem veros non auersatus honores,
Dum modo legitimi petis alta cubilia lecti,
Expetis & suauem propria cum coniuge vitam
Scilicet ut clarum tribuatur munus amanti,
Cum doctas totâ coluisti mente sorores
Atq; fuit gratum tibi nil nisi vera voluptas.

C L I O.

Ingenij ô iuuenis felix atq; integer annis,
O cultor patrij nominis atq; decus.
Ne fieri credas superi sine numinis aura
Quod venit in thalamum virgo pudicatum.

Vir.

Virgo quam genuit celeberrimus ille virorum
Heshusius, Clarij, portio summa chori.
Qui docuit verè quid sit sapientia, quidne
Ducat ad aeternæ limina celsa domus.
Ille pius genitor castæ fuit ELISABETHAE,
Qui magnum nomen tempus in omne feret.
Unanimes igitur paræcæ fatalia nentes
Vitæ etiam vobis temporalonga dabunt
Vobis diuitias augebit Iuppiter ipse
Sorrèq; concedet prosperiore frui.

THALIA.

O omnes inter formâ præstante puellas
Sponsa pudore micans.
Nunc docti thalamum pete sponsa venusta mariti,
Nunc cole iura rori.
Non opus est cupias, lectum a uersata iugalem,
Virginitate frui.
Nam vetat hoc, ætas voto quæ iusta repugnat,
Et pia iussa DEI.
Numine qui proprio faciles coniungit amantes
Quos bona fama mouet.

EVERTERPE.

Nunc ergo procerum chorus
Quos diuina tenet Iulia, gestiat.
Concentu vario domus
Florens & STEPHANI personet inclyti.
Tangantur cytharæ, tubæ
Insilentur, crepitent raucaq; tympana.
Nam virgo pia iungitur
Hajero Clarij qui decus est agrui.

Quæ

Quæ coniunctio plurimum
Conducat patrio ciuibus in solo.

E R A T O.

Vt flores rosei solent nitere
Spinas inter & arbutos decenter:
Sic Haijère tuum decus tuæq;
Vxor niteatq; floreatq;.
Et tot coniugium bonis abundet
Quot sunt sydera sub polo sereno.

P O L Y M N I A.

Abeste gentium profana numina
Iuno, Venus volatilis.
Et tu Cupido fax amoris impij
Ignita gestans spicula.
His nuptijs fauere credimus Deum
Rerum creatorem omnium.
Præesse filium DE I præsentia
Sua, angelorumq; agmine.

M E L P O M E N E.

O numen venerabile
Verbo nos homines fouens
Vt constet tibi gloria:
Tn sponsum STEPHANVM IVVA,
Et sponsæ benedic nouæ
Vt natis vigeat domus.

T E R P S I C H O R E.

Nunc adest præfens Deus inuocatus
Nuptijs, iungens parili volentes

D

Vin.

Vinculo, amborum vt capiant perennes
pectora flammæ.
Diligas ergò noue sponse nuptam,
Diligas vxor pariter matrum,
Qui subit tecum modò coniugalem
Foedere lectum.
Triste nil vobis erit aut molestum
Nec graues vnquam venient dolores
Semper alternâ thalamus vacabit
Lite paratus.

V R A N I E .

Viuite concordés felici foedere iuncti
Vno legitimè foemina virq; toro.
Sic erit accepti durabile pignus amoris,
Atq; pios fructus fundet amoris ager.

A P O L L O .

Ista Deæ Aonides sunt me dictante locuta
Qui cupidus laudum sum sponse venuste tuarum,
Suscipias animo læto hæc & frontè serena
Carmina quæ tenui filo deducta leguntur.
Non aliquâ à nobis velatur imagine fucus,
Omnia syncerâ sed sunt de mente profecta,
Hac tibi gratamur decantamusq; hymenæum
Scilicet vt iuncto maneant rata foedera lecto,
Impleat amborum quicquid desiderat ardor,
Viuite concordés tranquillo viuite lecto
Coniuncti pariles sit nunc mens vna duorum,
Vna sit atq; eadem promptissima vbiq; voluntas,
Oscula coniunctis pariter date grata labellis
Amplexu extremos ludentes vlg; sub annos.

Sic sic edatis foecundi pignora lecti
Prouchet egregium prolis sic copia nomen.

*Ioannes Zeisingius Sonnebornensis
Thuringus.*

A L I V D.



Vsas castalidum competit vt meas
Versus in thalamum scribere debitos
Sponsis, ac stimulos ingenio pios
Nuncia fama dedit.

Iam pridem dubijs omnia solibus

Deduci ad veteris somnia limitis
Confestim memini, tristior artubus
Contremo corda meis.

Hinc curas volui parciore aggredi
Nam vero statui nomine dixerim
Quod saltem nihil, aut quod facerem parū
Obstitit vsq; metus.

Verum me ratio meq; necessitas
Hortatur grauior principij suis
Acceptam merito soluere iam fidem
Officijs parem

Testari memorem pectoris intimi
Mentem, nobilibus carmina Gratij
Tentare, & thalami iungere gaudijs
Haud leuis vrget amor.

Defuncti repeto si faciles patris
In Musas animos Heshusij meas
Et consanguinei affinia fæderis
Vincula: sperno metum.

D 3

Sum.

Summum, si taceam, dedecus arbitror
Alto vel renuam vota silentio
Festis, SPONSE tuis mutus honoribus

SPONSA pudica, tuis

Ah si vita patrem longior optimum
Mansisset, laceræ naufraga si ratis
Fatis membra forent integra prosperis

Sospes & vsq; foret.

Præsens conspiceret te generum focer
Charæ conspiceret flammea filia
Et nunc auspicijs his benediceret

Gaudia mente ferens.

Aut (quod non licuit nec fuit integrum)

Dixisset tremulis æger & vltimis
Verbis siue semel bisue iterum: Diu

Nata generq; vale

Vos, innata quibus, rara modestia

Ac virtus animi, vera q. sanctitas

Et morum facilis gratia, Coniuges,

Vita beata regat

Dum blandis volucres aëra cantibus

Mulcent ac agili gutture Daulias

Quum Sol cuncta suo lumine recreat

Vita beata fluat.

Dum vernant folijs lustra virentibus,

Dum lapsis etiam floribus & rosis:

Horret tristis ager, dum folijs nemus

Sibilet aura leuis

Totus quum varijs voluitur obrutus

Curis, mundus: agit cædibus incubans

Hostis, subsidij cum reliquum nihil

Vos leuis aura vehat.

Sit foelix thalamus partibus omnibus
Sit foelix soboles partibus omnibus
Foelices etiam partibus omnibus
Viuite vterq; diu.

Samuel Heshusius, Hamburg.

DIALOGVS
PHILOGAMI, MISOGAMI ET
PROBOLOGAMI.



Aulides inuicto Iessæo robore mentis

Iunctus erat, seruans foedera iuncta iugis.

Iesse nepos Hiram firmo sibi foedere iungit,

Alter & alterius portio mentis erat.

Imis Hyrtacidæ Nifus tam cordis inhæret,

Pœnas vt poscat vindice morte sua.

His, equidem fateor, sanctum, venerabile, firmum

Nomen amicitiaë terq; quaterq; fuit.

Hinc fœcunda seges, cum fœnore messis opima,

Effundit blando commoda multa sinu.

Ast tamen in socijs magis est adamantina lectis

Copula: nam concors pectus & VNA CARO.

Sic sunt VNA CARO, duo corpora, pectus & vnum,

(Mystica res planè) Thariadesq; Sara.

Fines linquenti patrios & dulcia rura,

Obsequiosa viro Sara fit vsq; comes.

Sic sociata toro Iessæi callida Michol,

Ingenium superat Dædale docte tuum.

Per patulas etenim demittit fune fenestras

Sauli ne fauci COR foret esca suum.

Hanna cibum Tobiaë, fortunam mente ferenti

Aequa, suppeditat Palladis arte suo.

Philog. 1.

Sam. 18.

20. & 23.

1. Reg. 5.

Virg. lib.

9. Aen.

Gen. 2.

1. Pet. 3.

Gen. 11.

Gen. 12.

1. Sam. 18.

1. Sam. 19.

Tob. 2.

Quid multis? carnem cœu sunt duo corpora in vnam,
 Horum sponte vices sic feret vna caro.
 Quod feritur, metiturque, pari ratione fruuntur,
 Vna etenim statuit *caro.*
 Ergo quid hoc casti sociali foedere lecti
 Sanctius, vtilius, firmitus esse potest?
 Perq; hoc stat tellus ingens, Academia verè
 Est vitæ, CHRISTO surculus vnde venit.
 Ergo quid cessas sacrosanctum foedus inire,
 Vt potiâre bonis, vt fugiasûe mala?
 Non equidem cælebs, fateor, mihi vita futura est,
 Sed iamiam lectum foemina pulchra premet.
 Misog. Quò te, lecte, pedes? & cuius tendis ad ædes?
 Circa humeros vestis cur tibi, quæso, nitens?
 Philog. Hojerus socio sibi iunget foedere nuptam,
 Nuptam, cui pietas summa pudorq; comes.
 Hos ego nunc thalami plausu felicitis honores
 Gratuler vt Sponsis, aduolo, ritè citus.
 Fulgida propterea mihi vestis: namq; cubile
 Heb. 13. Coniugij purum non temerare decet.
 Dirigat huc magno quisquis conamine tela,
 Vt veniat thalamo digna puella suo.
 Coniugium felix, quo non felicitus vllum,
 Vastus vel totus sanctius orbis habet!
 Misog. Coniugij dicis, dixti præconia laudum,
 Quas, licet ignores, attulit aura leuis.
 Tu pro more procax, vulgi de more proterui,
 Laudibus indulges foederis vsq; tori.
 Sed mihi dulce magis resolutio viuere collo,
 Nullaq; coniugij vincula dura pati.
 Philog. Mens tibi diuersa est? num te natura pudicum
 Fecerit & casto pectore durus eris?

Ferrens

Ferreo haud equidem: sub amico foedere dextram

Vt iungam, petulans vellicat vsq; Venus.

Sed Venus est fallax: nocet infidiosa: malorum

Ilias est verè: pagina sacra vetat.

Si lubet his robur substernam: vera docendo

Mox erit, infirmum quod fuit ante, graue.

Quid sequar, in dubio non est: socialia casti

Autor amat castus, non violata, tori.

Sed tamen haud facile est, contortos soluere nodos.

Soluere, quò veri stet sine labe decus.

Mi negat ingenij tantum Natura nouerca,

Aduolat en solers cui fuit ipsa parens.

Dædalus hic nodos dissoluens arte sagaci,

Mox leuius vento, quod fuit ante graue.

Sis docilis: vero da palmam: vincere victus

Sic poteris: veri ritè triumphet amor.

O mihi selecti percaros inter amicos,

Quis tempus fallat sermo, referte mihi.

Gratulor aduentum: vestri iam copia grata est,

Cui sit mens solers, ingeniumq; sagax.

Ingenium solers, solerter tela retundat,

Obsequium blandum vel mihi, quæso, ferat.

Non volo, non iubeo, non pro ratione voluntas:

Imperitet verum, ceu sacra iura iubent.

Perplacet: eloquitor carptim: præbebo benignas

Aures: lex summi proraq; puppis erit.

Iura tori, dubium, liceat num iure subire

Omnibus, an viduus debeat esse torus.

Vlla num præstet sine coniuge ducere vitam,

An sua connubij subdere colla iugo.

Themata laudo, probo mirè, sed nauscat ordo

Metas nam Methodi transilit ille sacræ.

Misog.

Philog.

Probo-

log.

Misog.

Probo-

log.

Misog.

Probo-

log.

Excute

Excute posterius primò, primòq; secundum
Ritè locum tribuas: sic erit ordo sacer.

Mifog. Ordinis arridet ratio, quia nititur ipsa
Natura: obsequium sic tibi præsto meum.

Felix ô nimium felix, cane peius & angue,
Ceu Lernam, locium qui fugit vsq; torum.

Phocili- Ex CANE conflata est MVLIER, nam iurgia necit,
dis dicte- Iurgia, quis strages dat furialis Eris.

rium in Sæpe etenim rabie furiosa flagrat, vt optet:

sexû mu- Vir Stygijs fiat præda cremanda focis.

liebrem. Hanc EQVVS & genuit, quia fastu turgida tollit
Lumina, quid risu dignius esse potest?

Hanc peperere SVES, quæ gaudent sordibus atris,

Nam cœno tota est contemerata putri.

Hanc APIS enixa est, nam quamuis sedula munus

Perficiat, spicilo non tamen illa caret.

Inde venit proles numerosa, molestia dura,

Nauseat infantis vox iterata sui.

Moribus inde bonis natum formare puellum,

Hoc opus, hic labor est magnus & artis opus.

Et tamen optatam cursu contingere metam

Rarò contingit: sic labor ergo iacet.

Extremas quoties currit mercator ad oras,

Sumptus vt Natis suppeditare queat!

Atq; domum repedans, hic seuit semina litis,

Hic morbos sentit, sumptibus ille caret.

Quid multis? frutices siluæ quot vere ministrant,

Messes quot pinguis tempore Solis ager.

Poma quot Autumnus donat, quot flumina necit,

Quot niueo montes tegmine vestit Hyems:

Tot torus aduersis premitur, quæ dixerit ille,

Qui, quot sint guttæ, nouerit ante, maris.

Ergo

Ergo beatus erit caelebs; infaustus; iniuit
 Qui thalami foedus: prosperiora sequar.
 Foemineum sexum dictis incessis amaris;
 Vera Misogamo re tibi nomen erit. **Probo-
log.**
 Durus es: afflictio satis est afflictio dura,
 Debile & afflictum quid muliere magis?
 Compatitor potius, linguam compefce proteruam,
 Sis memor ac ofsis, prodijt vnde, tui.
 Sæpius interna pars membri tabe putrescit,
 Parte tamen summa perbenè corpus habet:
 Sic quamuis habeat vitiosos foemina nauos,
 Intotum mendis non tamen illa scater.
 Nil adeò purum putum, quin mixtio subfit,
 Nubila quin faciat lima serena tua.
 In te iure velut flagrat tuus ardor amoris,
 Sentiet hos æstus sic Tua iure tuos. **Eph. 5.**
 Saucia membra velut cùras: sic iure teneris.
 Comiter erranti ritè notare viam. **Eph. 5.**
 Sic incessenti maledictis monstrat Hiobus,
 Quid fieri profit, comiter atq; piè. **Hiob. 2.**
 Ex his virtutem discas, nec conspue lingua
 Infirmum rabida, sed miserare, genus.
 Proles deinde tibi numerosa molesta videtur,
 Annè Dei quenquam dona grauare queunt
 Munifici Nati sunt donum: dona supremi
 Permagni facias suspicienda tibi,
 Natos Isacides compellat dona supremi, **Gen. 33.**
 Natos sic Ioseph munera grata Dei. **Gen. 48.**
 Ergo parens natos Superùm præscripta docebit,
 Vtq; ferant recta pectora plena fide. **Esa. 38.**
 Sic Salamona monet natum Iesseia proles,
 Vt Domini puro iussa timore colat. **1. Paralip. 28.**

- Sic Tobias morti vicinus ritè Tobias
 Erudit, vt semper fit pietatis amans.
- Prout. 13. Propterea à natis steriles remouentur aenax,
 Fertior passim manet vt inde leges.
 Est labor, ingenuè fateor, multumq; molestat,
 Sed tamen Autori per placet ipse Deo.
 Quod probat hic Autor, patienter perfer acerba
 Optatis verè condiet ipse bonis.
- Ioh. 2. Sponsis donat aquam Cananaeis: omnia donat,
 Sic sponsis, mundi incenia quicquid habent,
 Pf. 24. & Est aqua fundamen nam terræ: terra quid ergo
 136. Sustinet, hæc fundans omnia sola tenet.
2. Pet. 3. At dedit in vinum verlam: sic singula sponsis
 Tenuia facundat, condit amara bonis.
 Non igitur cælebs viuas, sed vincula grata
 Colla premant, dictis vt potiãre bonis.
- Mifog. Disseris egregiè, Labyrinthos soluis acutè
 Implicitos, cogar totus vt esse tuus.
 Perge bonis aibus, superest quod, mente sagaci
 Indagare, pari sic pietate sequar.
- Probo- log. Gratulor obsequio: breuib; sed protinus vrge
 Cætera, nam sanum Sponsus adire parat.
- Mifog. Quin ego nunc fileam: qua mens tua, differe quæso,
 In reliquis itidem dexteritate pari.
- Probo- log. Obsequar. Est cunctis subeundi plena potestas
 Legitimi lecti vincula sacra data.
- Vincla subire tori fas est sacra, mystica sacra
 Fidus qui summi spargit in orbe Dei.
 Ritè Sacerdotis peragebat munia sacra
 Ezechias, cælebs non tamen ille fuit.
- Amofides pandit sacri mysteria verbi
 Factus & in lecti foedere prole parens.

Debita iura tori subeunt sic Petrus, Iacob

Et Spiridon, quamuis coelica verba sonant

Hos penes est omnes incundi sacra potestas

Fœdera, sumendi, ceu alimenta datur.

Et labor in totum totus voluetur in illo.

Vt veniat thalamis foemina casta suis.

Quinetiam cura, facilis quod debita praestet

Iura, Dei q; colat dogmata, natus erit.

Veridicis licuit, licuit praconibus alma

Et fidei, nostris quid prohibere iuuat?

Veridicus traxit, flammam, praecoq; calorem,

Sic modò pastorem par petit vsq; calor.

Est satius multò sociali foedere iungi,

Flammam quam nocuas corde fouere diu.

Da veniam: poscunt, vt praeco Cupidinis arcus

Propulset validè, iussa verenda Dei.

Sin aliter fiat, Superùm sententia fertur,

Vt Phlegeton thæo grata sit esca Stygi.

Quinetiam votis diuinum numen adoret

Affiduis, vanas ne sinat esse preces.

Attinet hoc omnes, quotquot Sol lumine transit,

Vt, caro, proscribant, quod male suada iubet.

Non duo quo fiant prohibetur corpora in vnam,

Nam Deus hoc sanxit, mandat & vsq; probat.

Consona si vero tua sit sententia, vates

Praecoq; sunt Stygijs præda voranda lupis.

Absit, nam memoranda Dei miracula laudis

Narrant & CHRISTVM non simulanter amant.

Iustis sic precibus Superos in vota vocabunt,

Obueniat votis ne qua repulsa suis.

Sicq; ferent longis ieiunia cruda diebus,

Purius officio quis nihil esse potest.

1. Cor. 9.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

Mifog.
Rom. 9.

Probo-
log.

Attra-

Attramen vt sedant ieiunia carne, solutis
Votis, sic soluuunt debita iura tori.

Misog. O quem te memorem, nodos dissoluis acutè,
Protinus eneruas, quod modò forte fuit.

Sum tuus in totum, totusq; renuncio duro
Misogamo, totus mos tuus vsq; meus.

Probo- Perplacet, obsequio grator, nunc inter amicos
log. Postremus nostros haud numerandus eris.

Philo. Gratulor hoc itidem: grates de pectore promo,
Quod dederis monitus pondus habere meos.
Pompa sed ecce venit, citius properemus ad illam,
Nec tu Misogamus re, precor, esto. Vale.

*DISTICHON COMPLECTENS LA-
tina nomina Sponsi ac Sponse, & annum hunc
presentem.*

AEDes ritè DeIVVI fVLgente Corona
Clingant Vr: VICIbVs ritè CoroLLa Virens.

Albertus Kizonius Lubbecanus.

